



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. 538/08/L

PELPLINENSIS

Sanctam Catharinam Alexandrinam, virginem et martyrem, quae ingenii acumine et sapientia non minus quam animi robore emineat, clerus et christifideles loci v.d. *Bytów* peculiari necnon assiduo cultu prosecuti sunt et adhuc prosequuntur.

Inde Excellentissimus Dominus Ioannes Bernardus Szlaga, Episcopus Pelplinensis, communia vota excipiens, etiam auctoritatis civilis, electionem Sanctae Catharinae Alexandrinae, virginis et martyris in Patronam apud Deum illius loci rite approbavit. Idem vero, litteris die 1 maii 2008 datis, enixe rogat ut electio et approbatio huiusmodi, iuxta Normas de Patronis constituendis et ad normam Instructionis "de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis", n. 30, confirmentur.


Congregatio porro de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum sibi a Summo Pontifice BENEDICTO XVI tributarum, attentis expositis, cum electionem et approbationem ad iuris praescriptum peractas esse constet, precibus annuit atque


SANCTAM CATHARINAM ALEXANDRINAM,
VIRGINEM ET MARTYREM,
PATRONAM APUD DEUM
loci vulgo dicti *BYTÓW*

confirmat, omnibus cum iuribus et liturgicis privilegiis iuxta rubricas consequentibus.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 5 septembris 2008.


(✠ Franciscus Card. Arinze)
Praefectus


(P. Antonius Ward, S.M.)
Subsecretarius

Dekret o patronacie Św. Katarzyny Aleksandryjskiej dla Bytowa.

Kongregacja Kultu Bożego i Dyscypliny Sakramentów.
Prot. 538/08/L

Dla Diecezji Pelplińskiej

Duchowieństwo i wierni Bytowa, szczególnym i stałym kultem darzyli i wciąż darzą Św. Katarzynę Aleksandryjską, dziewicę i męczennicę, która zasłynęła głębią swojej inteligencji i mądrością, a niemniej także mocą ducha. Stąd też Jego Ekszelencja Ks. Biskup Jan Bernard Szłaga, Biskup Pelpliński, odnosząc się do powszechnego przekonania, także władzy cywilnej, wybór Św. Katarzyny Aleksandryjskiej, dziewicy i męczennicy na patronkę u Boga tegoż miejsca zatwierdził. On również pismem z dnia 1 maja 2008 usilnie prosi, ażeby wybór i potwierdzenie tego wydarzenia, według „Norm o ustanowieniu patronów” i według „Instrukcji o kalendarzach partykularnych oraz *Liturgii godzin* i Mszy własnych” (nr. 30) zostało potwierdzone.

Kongregacja Kultu Bożego i Dyscypliny Sakramentów, na podstawie pełnomocnictw otrzymanych od Ojca Świętego Benedykta XVI, zważywszy na okoliczności, stwierdza, że wybór i zatwierdzenie dokonano się według norm Prawa Kanonicznego, a w takim razie odnosząc się do próśb

**Św. Katarzynę Aleksandryjską,
Dziewicę i Męczennicę,
jako Patronkę u Boga
dla miejscowości Bytów**

potwierdza ze wszystkimi prawami i przywilejami zgodnie z przepisami kościelnymi.

Wyklucza się wszelkie inne postanowienia

Dano w siedzibie Kongregacji Kultu Bożego i Dyscypliny Sakramentów, dnia 5 września 2008.

Podpisany: Franciscus Card. Arinze – Prefekt, Podsekretarz Antonius Ward.